



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Epistola V. Nicolai Papae II. Ad Edvvardvm Anglorvm Regem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

Datum Florentiæ sexto Idus Ianuarii, anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi 1059. per manus Humberti sanctæ ecclesiæ Siluæ candidæ episcopi, & apostolicæ sedis bibliothecarii, anno primo pontificatus domini papæ Nicolai II. indictione decimatertia.

EPISTOLA V.

NICOLAI PAPÆ II.

AD EDVWARDVM ANGLORVM REGEM.

De confirmatione priuilegiorum ecclesiæ Vvestmonasteriensis, quam in honorem sancti Petri apostoli rex fundauerat.

Extat infra in Conuentu Vvestmonasteriensi anno 1066.

• CONCILIVM SVTRINVM,
QVO BENEDICTVS PSEVDOPAPA ET
schismaticus, cognomento Mincius, depositus, omni-
que sacerdotali officio priuatus est, anno MLIX. tem-
pore Nicolai papæ II. electi.

ANNO
CHRISTI
1019.

NOTA.

• *Concilium.*] In hac Synodo inuaforem sedis apostolicæ Benedictum depositum, omniq; sacerdotali munere priuatum esse, & postea veniam a pontifice petiuisse, habetur, inquit Baronius in codice Vaticano, qui inscribitur *Liber censuum*. Idem testatur vetera Romanorum pontificum gesta, quæ collegit Nicolaus Aragonensis cardinalis his verbis: *Celebrata itaque in pace electione (ut dictum est) Senis dictus Nicolaus pontifex cum archidiacono & cardinalibus consilium habuit, ut pro causa iam dicti Velitrensis intrusi apud Sutrium Synodum celebraret: ad quam non solum episcopos Tusciæ & Lombardiæ, sed & magnum Codefridum, & Guibertum cancellarium conuocare deberet. Quod absque dilatione factum est. Predictus autem Mincius ubi Nicolaum papam cum personis, quæ apud Sutrium conuenerant, in Synodo re-sidere cognouit, sedem quam inuaserat, conscientia remordente, reliquit, & in domum propriam remeauit. Quod factum posteaquam Nicolaus pontifex rei veritate cognouit, consilio cum fratribus habito, ad Urbem una cum eis, non cum potentia, sed tamquam bonus & humilis pastor accessit. Vnde, auctore Domino factum est, quod cum a populo & clero digno honore susceptus, iuxta consuetum ordinem a cardinalibus in sede apostolica positus est. Transactis autem paucis diebus, memoratus Mincius ad pra-*